

*Doc. 21 (Scriptum est eidem
iustitiario [iustitiario Basilicate]
etc. Fidelitati tue precipiendo...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 21 (Scriptum est eidem
iustitiario [iustitiario Basiliacate]
etc. Fidelitati tue precipiendo...)*

1279-08-24

Scriptum est eidem iustitiario (iustitiario Basilicate) etc.

Fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus vegetes omnes curie nostre que sunt in castro nostro Lacuspensis reparatione indigentes incontinenti facias, de quacumque pecunia curie nostre, que undecumque est vel erit per manus tuas preterquam de pecunia presentis generalis subventionis, cura reparatione qua indigent reparari, presente et sciente castellano ipsius castri ac plenam notitiam et conscientiam habente de omnibus et singulis expensis in reparatione huiusmodi faciendis, apodixam ydoneam de omnibusque propterea dederis recepturus, et cautus existas quod expense ipse iuste et moderate sint et sic legaliter fiant quod in hiis curia nostra fraudari vel decipi non contingat, cum tibi exinde incumbamus significaturus nobis et magistris rationalibus magne curie nostre quantitatem pecunie, quam pro reparatione ipsarum vegetum, que solvere contigerit, et de qua pecunia expensas huiusmodi duxeris faciendas.

Datum aput Lacumpensilem die XXIII augusti (VII indictionis) 1279.